

et per presentes literas vendimus iusto venditionis
 contractu pro sexaginta sexagenis grosforum pragen-
 sium villam scilicet Schilden cum omnibus et singulis
 agris cultis et colendis, lignis, rubis, paludibus, pratis,
 pascuis, aliquis, rivulis, molendinis structis et
 struendis, et plane cum omnibus et singulis quo ad
 feodum et possessionem inter limites ad ipsam
 spectantes contentis, eo iure et libertate quibus posse-
 disse noscimus pleno iure, Abrenunciantes premisis
 omnibus et singulis quo ad feodum et possessionem,
 quo ad nos et nostros heredes solemniter in his
 scriptis, Etiam venacionibus et omni iuri quod nunc
 nobis in premisis competit vel posset competere
 in futuro ex causa quacunque, et omni ei de quo
 foret specialis mencio facienda quod in clausulam
 non ~~est~~ incidit generalem, Transferentes in ipsos
 omnia et singula sicut possedimus pleno iure,
 Terminis ipsius ville sic se habent, quos primo pro-
 ceditur a signo quod est iuxta viam versus tibe-
 gow usque in viam que dividit agros ville Naen-
 dorf et Schilden, ab hac proceditur usque ad collem
 contra silvam que dicitur Cocoth ubi duo signa
 sunt sita, a quibus signis itur iuxta predictam
 silvam usque ad vadum contra villam wiltgrube